

altari appropriavimus, dotavit, aliquibus etiam redditibus certis, tot et tantis saltem quantis iam dotatum esse dinoscitur, dotavimus et doti sibi primitus ut praedicitur constitutae, ut inibi nostrae, progenitorum nostrorum et heredum animarum memoria celebris habeatur, redditus iam dictos per nos in certis locis designandos harum serie sub proprietatis titulo favorabiliter adunamus. Et ne in praemissis noster tam pius frustretur affectus ac dotatio huiusmodi efficax et solida videatur, duximus quatuor sexagenas grossorum latorum de precaria, quam per districtum Dresdensem annis singulis quibuslibet sancti Michaelis festis petere consuevimus, saepedicto altari per vicarium eius ut praemittitur, ut exinde lautius vivere valeat, eisdem in terminis tollendas loco reddituum praedictorum et quoadusque ipsos in locis et rebus certis sicut praemissum est designaverimus praesentibus deputandum. In, quorum omnium evidentiam nostri principatus sigillo praesentes iussimus roborari praesentibus et testibus nobili Henrico comite et domino in Swarczburg avunculo nostro, Rudolfo de Rychsach nostrae curiae marscalco, Henrico de Kunigisuelt, Friderico de Honsperge, Goczoni Schindekoph, Nicolao de Fine et Kunemundo de Stuternheim militibus, Conrado plebano in Wyrben nostro prothonotario, Conrado plebano in Walhusen, Nicolao de Gyten et aliis fide dignis. Datum et actum anno domini M°. CCC°. XLII°. dominica ante Mariae Magdalenae in castro nostro Wyssenfels.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem beschädigten Reitersiegel an einem Pergamentstreifen.

Hasche Urkundenb. S. 116.

Markgraf Friedrich trat den Zug nach Frankreich Mitte September 1339 an. (Act. in campis cum procederemus in Franciam feria quinta ante Lamperti: Reinhard de iure princip. circa sacra p. 84; am Tage zuvor — in octava nativitatis Mariae — urkundete er noch zu Eisenach: Urk. bei Heusinger de benefic. marchion. Misn. in eccles. Isenac P. 3 § 4). Seine Anwesenheit in Frankreich beim Heere des Königs Eduard III. erwähnt auch Henry Knighton (ed. Twysden p. 2574) bei Erzählung der Ereignisse am 16. u. 17. October 1339. Bald darauf scheint er wie die übrigen Fürsten den Rückmarsch angetreten zu haben; gegen Ausgang des Jahres war er wieder in Thüringen. (Dat. Wartberg in vigilia nativitatis domini Jesu Christi. Reinhard l. l.)

#### No. 49. 1342. 25. Juli.

*Markgraf Friedrich der Ernsthafte befiehlt dem Andreas von Magdeburg oder den jezeitigen Beteinnehmern zu Dresden unter Mittheilung der zu Gunsten des Barbaraaltars in der Kreuzkirche getroffenen Verfügung (No. 48), quatenus quibuslibet sancti Michaelis festis annis singulis praefati altaris vicario videlicet honorabili viro domino Henrico de Ysenberg praeposito ecclesiae Wurczinensis et germano dicti domini episcopi Mynsensis seu ei qui pro tempore fuerit de precaria nostra — in antea quousque dictos redditus designaverimus (iv sexag.) tribuatis finaliter et solvatis, nullam in eo difficultatem seu assignationem super precaria huiusmodi cuicumque factam vel faciendam in parte vel in toto, quam praesenti assignationi praeiudicare nolumus, allegantes. Datum Wyssenfels anno domini millesimo CCC°. XLII° in die beati Jacobi apostoli nostro pendentis sub sigillo.*

Orig. mit dem kleinern Siegel des Markgrafen an einem Pergamentstreifen im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden.